

Breslau.

DISSERTATIONIS
DE
PLACENTAE SOLUTIONE
ET DE
JUSTO SUBLIGANDI FUNICULI UMBILICALIS TEMPORE
IN PARTU NORMALI
SECTIO PRIOR.

QUAM

PRO IMPETRANDA LEGENDI VENIA IN ALMA UNIVERSITATE LITERARIA VRATISLAVIENSI

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE,

DIE XVIII. MENS. FEBR. MDCCCXXIX

H. L. Q. C.

ASSUMTO HORIS POMERIDIANIS SOCIO

F. E. DIELITZ

MED. CANDIDATO

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

MAURITIUS KUESTNER

MEDICINAE AC CHIRURGIAE DOCTOR, INSTITUTI REGII OBSTETRICII DIRECTOR SECUNDARIUS, MAGISTER OBSTETRICUM PUBLICUS PRIMARIUS APUD VRATISLAVIENSES, PLURIUM SOCIETATUM MEDICORUM SODALIS.

TYPIS UNIVERSITATIS.

PRAEMONENDA.

Ex variis argumentis, quae nobis de eligendo eruditionis speciminis themate cogitantibus in mentem venerunt, obstetriciae artis caput, in quo de placentae solutione, et de justo funis umbilicalis in partu normali subligandi tempore agitur, nobis sumsimus pertractandum manumque huic operi absolvendo eo lubentius admovimus, quo illud dignius est, cui repetitae virorum doctorum curae adhibeantur. Fatemur quidem ingenue, laborem, quem suscepimus, haud facilem esse; at vero cum, ut nos quidem censemus, inde in parturientibus opem ferendi artem, cui amplificandae et ad majorem perfectionis gradum evehendae nostris diebus multum studii impenditur, aliquid fructus redundare possit, consilium, quod ceperamus, haud abjiciendum, sed illi strenue insistendum putavimus, spe freti, fore, ut, si rem nostram minus recte tractaverimus, aliis nobis doctiori-

bus occasionem meliora nobiscum communicandi erroresque, quos fortassis commisimus, corrigendi praebeamus. Etenim, sicut ad alias, quas obstetricantes saepe movent, quaestiones varie ab expertissimis viris respondetur, ita etiam, quod funis umbilicalis ligationem attinet, insignis est inter eos dissensus; quippe sunt, qui hanc operationem plane superfluam, immo vitae infantis vere noxiam, esse arbitrentur; sunt vero etiam, qui contrariae sententiae faventes ligationem illam vel mox post partum, vitae infantis servandae gratia, instituendam, vel tamdiu, usque dum pulsus arteriarum funis disparuerit, aut recens natus vitam suam alta voce declaraverit, differendam esse. Quae cum ita sint, facile patet, problema, quod nobis solvendum sumsimus, utique mereri, quod denuo accurata mentis trutina examinetur. Atqui operam nos dabimus, ut, quae circa hanc rem nos experientia docuerit, succincte proferamus, et calamo excepta aequo eruditorum lectorum judicio subjiciamus.

§. I.

Omnium generationis organorum uterus plurimis obnoxius est mutationibus, inter quas, quae tempore graviditatis, sub partu et post eundem fiunt, maximi videntur esse momenti. Qui enim ante conceptionem parvus erat, et e mera tela cellulosa, in qua vix aliqua vasa sanguifera conspicua essent, constare videbatur, graviditatis tempore mirum in modum mole sua auctus atque magna vasorum majorum minorumque copia variisque fibris diversa ratione decurrentibus compositus deprehenditur. Hoc autem uteri incrementum certos et a natura praescriptos fines habet, quos transgredi ipsi non licet, quia nec vasa nec fibrae musculares hujus visceris nec, quod illi superimpositum est, peritonaeum infinitam distentionem admittunt. Hae igitur partes quando ad summum extensionis gradum pervenerunt, fortiter vi distendenti resistunt atque occasionem praebent, ut contractiones uteri oriantur, quibus

efficitur, ut ad pristinum fere statum, in quo ille ante conceptionem erat, redigatur.

§. II.

Mutationes, quae in utero ipso locum habent, haud dubie multo majores sunt iis, quae conceptionis, graviditatis et partus tempore, immo etiam post ipsum partum in uteri cavitate eveniunt. Vi enim illa, quam conceptionis actus exserit, in tota partium genitalium (in vagina, utero tubisque) compage vita tali modo intenditur, ut status, in quo illae versantur, fere inflammatorius dici possit. In utero, quae pars genitalium organorum maxime amplificatur, praecipue se manifestat nisus novi corporis efformandi, sicut in inflammatione fieri solet. Ex interna illius superficie paulo post conceptionem lympha coagulabilis exsudatur eaque mox determinatam formam assumit et illud stratum cellulosum format, quod ab Huntero accuratius delineatum est, cuique hic clarissimus vir membranae caducae, Carus autem membranae deciduae verae nomen dedit. Haec massa membranacea non solum totum uteri cavum vestit, sed etiam in ductus tubarum fallopianarum et collum uterinum ipsum se insinuat, et pluribus vasculis, quae in ea, ut in aliis pseudomembranis, effinguntur, penetratur.

Tunica decidua vera si hoc modo formata est, ovum foecundatum in cavum uterinum intrat, in quo, nunc quidem ampliore facto, ab illa arcte circumdatur et tenetur. Ovum dum sensim incrementum capit, et jam membranae caducae stratum, in quo continetur, extendat necesse est; propterea nunc membranae decidua reflexa appellatur. Quo magis ovi ambitus augetur, eo minus conspicua est haec membrana et tandem penitus evanescit. Foramina, quae in ea insunt, ipsi quasi retis formam dant, (quamob causam cribrosae membranae nomen accepit) eaque hoc majora fiunt, quo magis uteri volumen augetur tandemque omnis haec membranacea substantia eam subit mutationem, ut textus cellulosi laxi stratum admodum tenue referat, quod chorii superficiem hoc tempore laeviorem, quam antea fuerat, circumdat.

Atque hic est nexus, qui inter ovum et uterum in prioribus graviditatis mensibus obtinet, quique deinceps, cum placenta ovo adhaerens, quippe ad vitam foetus sustentandam admodum efficax et necessaria, magis volumine augetur, sensim sensimque arctior fit. Namque placenta (mamma uterina aut pulmo vicarius) sub finem mensis tertii graviditatis in eo loco, ubi chorion cum amnio connatum est, originem ex rubris vasculis funiculi umbilicalis vario modo inter se contextis sumit, quae chorion perforant, sensim increscunt et

longiora crassioraque fiunt atque eo loco, ubi placentae germen latet, densiora facta, magna in copia colliguntur et aggregantur. Horum vasculorum tela cellulosa inter se connexorum ope ovulum eodem in loco, cui jam ab initio adglutinatum erat, membranae deciduae, e lympha ex superficie uteri interna exsudata paulo post coagulata atque condensata formatae, adfigitur adnectiturque; atque sic placentae foetalis portio nascitur, pars autem ad uterum spectans originem ducit, cum interna vasa membranae illius, quae hic loci paulo crassior est, cum uterinis vasibus conjunctionem ineunt atque ita fit, ut, placentae totius generatione inde a mensi tertio ad quarti finem usque peracta, ovulum firmam et fixam obtineat sedem, a qua nisi vi utero illata removeri non potest.

In ovulo se manifestat vesicula umbilicalis, chorio adhaerens, tanquam primum embryonis humani rudimentum, quod cum reliquis ovi partibus (funiculo umbilicali, liquore amnii, amnio et chorio) nunc magis explicatur, donec tandem sub finem graviditatis perfecta ejus efformatio sit peracta. Quod autem ad membranae cujusque, quae primis graviditatis diebus adest, varias partes attinet, de his aeque ac de modo, quo omnis embryonis singulorumque ejus organorum formatio peragitur, nihil hic commemorandam esse censemus, ne a scopo, quem nobis proposuimus, nimis aberremus.

§. III.

Sicut omnes, quae in graviditate agunt, vires eo tendunt, ut foetus cum matre arctissime cohaereat, ita e partus tempore omnibus nixibus in hoc allaborant, ut infans ab ea separetur ac in lucem edatur. Oriuntur igitur contractiones in utero, quae, quia plerumque molestae sunt, dolores recte vocantur; atque hi commode dividi possunt in eos, qui partus tempore accidunt foetumque expellunt, et in hos, qui post partum contingunt uterumque, velamentis embryonis cum placenta prius ejectis, in eum statum, in quo fuerat ante graviditatem, reducunt. Hae ipsae vero ingratae sensationes in quasdam rursus formas distribui solent, quarum tamen mentionem hic non faciendam esse putamus, cum in omnibus artis obstetriciae compendiis de iis satis copiose referatur. Nobis potius hoc incumbit munus, ut in illos dolores inquiramus, quibus, foetu jam expulso, secundae solvuntur et excernuntur.

§. IV.

Partu foetus modo naturae convenienti peracto, contractiones uteri, quae dolores ad partum secundarum vocantur, non silent, sed potius placentam, disrupta ovi velamenta, sanguinem item partim fluidum partim concretum et quae sunt reliqua ejicere

nituntur. Et hujus quidem finis obtinendi causa fibrae uteri musculares propius ad se invicem accedentes magis magisque contrahuntur sicque efficitur, ut fundus uteri vel ea illius pars, cui placenta adhaeret, comprimatur et fere dimidio minor fiat a); et ita placenta solvitur, quo facto ea a continuata uteri contractione ad orificium ipsius propellitur atque cum velamentis ovi et reliquis partibus, quae uno vocabulo secundinae vocantur, penitus excluditur.

§. V.

Lubenter quidem concedimus, vim uteri, eamque profecto admiratione dignam, secundinas solvendi expellendique non unice in fibris muscularibus esse ponendam, sed vasa sanguifera, quae utero insunt, ad eum effectum producendum itidem aliquid conferre. Etenim sub finem graviditatis, cum vasa quam maxime dilatata et sanguine repleta sint, in fibras musculares ea vim et pressum exercere negari nequit. Atque haec ipsa vasorum compressio et inde nata irritatio in causa est, cur fibrae illae se contrahant partumque promoveant. Hinc in explicanda illa, cujus mentionem

a) Spatium, quod placenta non soluta explet, est circiter digitorum quadratorum viginti octo, partu finito illud ad duodecim ejusmodi digitorum capacitatem imminuitur.

fecimus, uteri facultate non ad fibras musculares tantum respiciendum, sed etiam vasorum uterinorum actioni aliquid tribuendum esse patet. Atque huic, quam diximus, sententiae fere omnes recentiores medici scriptores favent.

§. VI.

Jam vero hoc, de quo loquimur, negotium per vires ipsius naturae facillime plerumque perficitur. Fundus uteri et partes ei proxime adjacentes primum contrahuntur et angustantur, quo fit, ut placenta omni ex parte ab utero soluta tandem cum parca quantitate sanguinis, qui ex eo loco effluit, ubi placenta foetalis cum ea parte, quae ad uterum pertinet, fuerat juncta, per vaginam propellitur, e qua, quod secundinarum pars ponderosior est, prius, quam velamenta ei adhaerentia, superficie sua interna antrorsum vel inferiora versus directa egredi solet.

§. VII.

Utut autem hoc opus in partu normali facile peragitur praesertim in foeminis, quae usque ad finem graviditatis integra gavisae erant valetudine, neque ea neglexerant, quae statim ab initio instantis partus debebant fieri; tamen praejudicata invaluit opinio, secundinas, foetu expulso, manu obstetricantis amovendas esse.

Putarunt quippe multi artis nostrae magistri, orificium uteri post infantis partum mox occludi atque ex hac causa deinceps aegrius manum posse immitti, secundinas vero, si per aliquod temporis intervallum in utero remansissent, cum ob putredinem, in quam eas statim abire putabant, tum ob metrorrhagias, quas eas censebant adducere, puerperarum sanitati admodum infesta esse. Sed huic assertioni experientia contradicit, qua edocti sumus, secundinas ob placentam firmiter adnexam per horas, immo per dies in utero relictas huic visceri noxam haudquaquam attulisse, quae sine ullo foeminarum incommodo post aliquod tempus sponte fuerint excretae. Nobis sane in statu naturali omnis opera, qua placentam solvere atque extrahere obstetrix conatur, non modo supervacanea, sed adeo noxia visa est; nam semper observavimus, illam massam cum reliquis secundinarum partibus, si partus soli naturae relictus fuerat, vel ocyus vel serius sponte et absque ullo puerperarum damno ejici. Cum vero non unanimis sit medicorum et praecipue artis obstetriciae magistrorum de secundinarum extractione sententia atque haec res in universum satis expedita nondum esse videatur, liceat nobis, sepositis iis, quae huc proprie haud spectant, ea paucis referre, quae doctissimi et experientissimi obstetriciae artis magistri de hoc gravissimo doctrinae nostrae capite scripserunt ac docuerunt, iisque breviter regulas ab his praescriptas,

secundum quas foeminis obstetriciis, foetu excluso, partum dirigere conveniat, annectere.

§. VIII.

Ex medicorum, qui de apta placentae solutione verba fecerunt, classe sufficit tantummodo eos commemorare, qui ab initio saeculi praeteriti ad novissima usque tempora nostram artem inprimis cum felicissimo successu exercuerunt. Nam extra hujus scriptionis fines positum esset, si omnes, qui ab Hippocratis inde aevo de embryulcia bene mereri studuerunt, auctores laudare, et de eorum placitis referre vellemus. Neque vero operae pretium est, ut de illis singulatim agatur, inter quos multi inveniantur, qui invita Minerva hanc rem tractarunt, quorumque proinde sententiae a longo inde tempore oblivioni traditae sunt.

§. IX.

Inter eos, qui naturae soli totum secundarum solvendarum expellendarumque negotium committendum esse perhibuerunt, referri possunt: Pierre Dionis [b]), van Deventer [c]), Fielding

b) Traité général des accouchemens. à Paris 1724. 4.

c) Operationum chirurgicarum novum lumen exhibentium obstetricantibus etc. Pars I. et II. Lugd. Bat. 1701. 8.

Ould d), de la Motte e), Fried. Ruysch f), Levret g), Nicol. Puzos h), Will. Smellie i), Roederer k), Pet. Camper l), Will. Hunter m), F. A. Deleurye n) et J. F. Platner o).

§. X.

Eandem fere de solutione placentae opinionem, quam modo laudati clari viri proposuerunt, etiam plurimi defenderunt recen-

d) Treatise of Midwifery. Dubl. 1742. 8.

e) Traité complet des accouchemens naturels, non naturels et contre nature. à Paris 1718. 4.

f) Onderleedkundige Verhandlingen over de vinding van een Spier in de Ground des Baermoedres etc. te Amsterd. 1725. 8.

g) Observations sur les causes et les accidens de plusieurs accouchemens laborieux etc. à Paris 1748. 8.

h) Traité des accouchemens contenant observations sur la pratique de cet art etc. à Paris 1759. 4.

i) A Treatise on the Theory and Practice of Midwifery, by W. Smellie. Lond. 1752. 8.

k) Elementa artis obstetriciae, in usum praelectionum academicarum. Gotting. 1753. 8.

l) Betrachtungen über einige Gegenstände der Geburtshülfe und über die Erziehung der Kinder. Aus dem Holländischen. Leipz. 1777. 8.

m) An anatomical description of the human gravid uterus, by the late W. Hunter. Lond. 1794. 4.

n) La mère selon l'ordre de la nature etc. par M. Deleurye. à Paris 1762. 8.

o) De arte obstetricia veterum. Lips. 1735. 4.

tiores medici, in quibus recensendis initium faciendum esse nobis videtur a Saxtorph p), viro magni nominis et in arte sua versatissimo, utpote qui decem millia, et quod excedit, partibus adfuit. Is in suo libro distinctis verbis ait: „Der Abgang der Nachgeburt geschieht am öftersten ganz von selbst, ohne daſs die „Wehmutter die Kreissende mit der eingebrachten Hand zu incommodiren nöthig hat.“

§. XI.

Crantz q), olim professor artis obstetriciae in alma litterarum universitate viennensi et ob merita sua ab imperatrice Maria Theresia nobilitate ornatus, contendit: „Es ist bekannt, daſs viele „Hebammen die üble Gewohnheit haben, die Nachgeburt, so bald „das Kind geboren ist, herauszunehmen; allein es ist dieses Verfahren nicht nur wider die Gesetze der Natur, sondern auch wider „alle Vernunft, indem solches sowohl den armen Weibern zum „gröſsten Nachtheile der Gesundheit gereicht, als oft gar den Tod „nach sich zieht.“ Paulo post inquit: „Wenn aber nach allzu-

p) Umriſs der Geburtshülfe für Wehmütter. Aus dem Dänischen übersetzt von C. F. Schroeder. Kopenhagen und Leipzig 1783. 8.

q) Einleitung in eine wahre und gegründete Hebammenkunst. Wien 1770. 8.

„geschwinder Ablösung und Herausnehmung der Nachgeburt eine „tödtliche Blutstürzung erfolgt, welche die Frau in vier und zwan„zig Stunden des Lebens beraubt, so wissen und erkennen die „Hebammen nicht, daſs ihre allzufrühe Loslösung der Nachgeburt „die einzige Ursache des unglücklichen Erfolges sei.“

§. XII.

Hinc methodum placentam praemature solvendi et manu extrahendi in partu naturali haud necessariam, sed potius plane rejiciendam esse patet. Aepli r) etiam docuit atque suam de hac re mentem in libro infra laudato his exposuit verbis: „Dieses sind „(in antecedentibus sermo nimirum est de commodis ex spontaneo „egressu relictae in utero placentae in puerperas redundantibus) „die groſsen und wichtigen Vortheile von der natürlichen Entbin„dung der Nachgeburt, welche ohne weitere Erläuterung unstrei„tig stark genug sind, nicht nur einem herrschenden Lehrsatz, auf „den sich die schleunige Entbindung der Nachgeburt vermittelst „der Kunst stützt, das Gleichgewicht zu erhalten, sondern dessen „Schwäche und Unsicherheit zu entdecken, ihn als einen recht

r) Die sichere Zurücklassung der Nachgeburt in bestimmten Fällen mit Gründen und Erfahrung bewiesen u. s. w., von J. M. Aepli. Zürich 1776. 8.

„gefährlichen Lehrsatz zu verwerfen, die Unschuld der sehr ge-„fürchteten Nachgeburt zu retten, und den gekränkten Rechten „und Gesetzen der Natur bei dem Geburtsgeschäfte wieder aufzu-„helfen.“

§. XIII.

Hic etiam commemoratione aliqua dignum esse censemus G. W. Stein [s]), discipulum Levret et Roederer, cui, ut satis constat, ars obstetricia plura debet. Verba, quibus usus est, ubi de hac materie loquitur, sunt haec: „Die Austreibung der Nachgeburt „in natürlichen Fällen ist, so wie die Geburt des Kindes, schlech-„terdings ein Werk der Natur. Diese Natur bedienet sich „der nämlichen Kräfte und geht ordentlicher Weise im Kleinen „eben so zu Werke, wie vorher im Groſsen bei der Geburt des „Kindes selbst, dergestalt, daſs dieser der Gebärmutter nunmehr „lästige Körper gleichsam mittels einer zweiten Geburtsarbeit fort-„geschafft wird. Das sogenannte Abschälen der Nachgeburt, wel-„ches einige sogleich und ohne Unterschied vornehmen, „ist wider die Gesetze der Natur und deswegen sehr oft „gefährlich, überdies auch nur selten nöthig.“

s) G. W. Steins Anleitung zur Geburtshülfe. Marburg 1798. mit K. 8.

§. XIV.

Praecipuus patronus atque fautor sententiae, qua secundinas semper naturae viribus expediendas esse statuitur, erat J. C. Gehler [t]), qui docet: „Bei jeder Niederkunft, wo man nach der Ge-„burt des Kindes gewahr wird, daſs die Gebährmutter sich veren-„gert, darf man auf keine Art, den Mutterkuchen abzusondern, „ihr zu Hülfe kommen, sondern mit Sicherheit dieses von der „Natur ihr angewiesene Geschäft ihr überlassen, und ruhig ihre „Wirkung eine Zeitlang abwarten.“ Alio loco fere eadem leguntur verba: „Man überlasse mit Sicherheit in allen Fällen, wo keine „Gefahr ist, die Herausschaffung der Nachgeburt bloſs den „Kräften der Natur, welche dieselbe gewiſs, wenn sie auch „geschwächt seyn sollte, zu Stande bringen wird.“

§. XV.

Silentio hic praeterire non possumus medicum celeberrimum Baudeloque [u]), qui placentam naturae vi expellendam esse his

t) J. C. Gehlers kleine Schriften, die Entbindungskunst betreffend, aus dem Lateinischen von C. G. Kühn. Leipzig 1798. 8.

u) Principes sur l'art d'accoucher, par demandes et réponses en faveur des sages femmes. Paris 1787. Aus dem Französischen übersetzt von C. G. Morel. Colmar 1801. 8.

verbis praecipit: „Man darf es der natürlichen Ordnung gemäſs „niemals wagen, eine Frau von der Nachgeburt zu befreien, „wenn diese nicht schon abgelöst, und die Natur bemüht ist, sich „derselben zu entledigen.“ Tamen simul hic clarus vir mentionem quarundam facit conditionum, quae, si adsint, suscipiendam secundarum extractionem indicent.

§. XVI.

Egregie etiam de solutione secundinarum Turnbull v) locutus est, dum dicit: „Noch nie habe ich einigen Nachtheil von „dem längern Zurückbleiben der Nachgeburt nach der Entbindung „gesehen; aber leider! bin ich oft Zeuge von dem Unheil gewesen, „welches angerichtet worden war durch das voreilige Einbringen „der Hand, um die Nachgeburt von der äuſserst zarten reizbaren innern Oberfläche der Gebährmutterhöhle loszureiſsen „und herauszuholen. Auf das Wort eines ehrlichen Mannes kann ich versichern, daſs in einer Armen-Anstalt, die seit „vier Jahren unter meiner Aufsicht steht, gegen fünfzehnhundert „Frauenspersonen entbunden worden sind, ohne daſs ich die

v) Wilh. Turnbulls Memoiren der medicinischen Gesellschaft zu London. III. B. pag. 213.

„geringsten üblen Folgen von der Zurücklassung der „Nachgeburt gesehen hätte."

§. XVII.

De negotio instantem partum absolvendi et inprimis de quaestione, quid agendum sit, si secundae in utero restent, W. Osborn w) in scriptis suis haec habet: „daſs der von der „Natur allein bewirkte Abgang der Nachgeburt immer „sicherer und leichter sei, als ihre auch noch so geschickt „vorgenommene künstliche Wegnahme."

Secundas non vi solvendas esse Joh. Phil. Vogler x) itidem significare videtur; namque judicium de hac re tulit hoc: „In „Ansehung der Nachgeburt bin ich ebenfalls der Meinung, daſs „solche zurückbleiben und ohne Absonderung und Ausscheidung „bei weitem in den meisten Fällen der Natur überlas- „sen werden könne. Diese Meinung erhält je länger je mehr „den Beifall der berühmtesten Aerzte und Geburtshelfer."

w) Essays on the practice of midwifery in natural and difficult labours. London 1792. 8. — W. Osborns Versuch über die Geburtshülfe in natürlichen und schweren Geburten, übersetzt von Michaelis. Liegnitz 1794. 8.

x) Erfahrungen über Geburt und Geburtshülfe von Vogler. Marburg 1797. 8.

§. XVIII.

Praeterea ad medicos obstetricios, qui placentam non arte removendam, sed naturae potius hoc opus relinquendum esse contendunt, Josephi y) professor artis obstetriciae est referendus. In suo quippe compendio haec leguntur verba: „Gewöhnlich wird die „Austreibung der Nachgeburt von der Natur ganz allein ver-„richtet, so daſs die Hebamme weiter nichts dabei zu thun hat, als „die gelöste Nachgeburt herauszunehmen,“ — Hirzel z) magister obstetricius publicus, secundas naturae relinquit expellendas, ut luculenter probat locus, qui occurrit in sua oratione ad obstetrices habita: „Ich glaube, ihr werdet nun durch das oben Gesagte, „und durch die gewiſs leider nur zu oft erprobten Unglücksfälle „überzeugt sein, daſs das Herausholen der Nachgeburt „keine so leichte Sache ist, als man gewöhnlich glaubt, „und werdet dadurch bewogen werden, meinem Rathe zu folgen, „und dieses Geschäft der Natur zu überlassen. Der liebe Gott hat „alles so eingerichtet, daſs wenn man nur der Natur den Lauf läſst, „es gewiſs gut gehet, u. s. w.“

y) Lehrbuch der Hebammenkunst. Rostock 1797. 8.

z) Lehrbuch für das Frauenzimmer in der Hebammenkunst. Zürich 1784. 8.

Atque huic sententiae est addictus Wegeler aa), eamque ita „exponit: „Die Losstrennung der Nachgeburt ist immer ein „Werk der Natur, und muſs ihr auch überlassen werden. Alle „künstliche Hülfe ist hierbei nicht nur unnöthig, sondern auch ge„fährlich. Man schadet unendlich viel, wenn man hier „zu geschäftig ist, wie dieses doch oft geschieht. Es ist weit „besser, wenn man die Nachgeburt einen ganzen Tag „zurückläſst, als wenn man sie mit Gewalt herauszie„hen will."

§. XIX.

Hic quoque verba Luetzelberger bb) repetenda esse arbitramur, quae in infra laudato libro inveniuntur: „Gewöhnlich „wird die Nachgeburt ohne alle Hülfleistung durch die Naturkräfte „und Zusammenziehung der Gebärmutter allein herausgetrieben. „Nie darf ein anderer weiterer Versuch, die Nachgeburt zu lösen „und wegzuschaffen, von einer Hebamme unternommen werden. „Jeder gewaltsame Versuch, die Nachgeburt zu lö-

aa) Das Buch für die Hebammen. Entworfen von Chr. F. G. Wegeler. 4te Aufl. Frankfurt a. M. 1819. 8.

bb) Handbuch für Hebammen, von J. Th. Lützelberger. Koburg und Leipzig 1801. 8.

„sen, muſs vermieden werden. Es sterben mehr Weiber an der gewaltsamen, unnöthigen und eilfertigen sogenannten Lösung der Nachgeburt, als an der Entbindung des Kindes."

§. XX.

Neque vero hi solum clari viri, quorum placita adhuc retulimus, in hoc nobiscum conveniunt, damnandam esse secundarum extractionem; sunt et alii, qui eandem favent sententiam, quorum proinde nominum mentionem paucis injicere, haud abs re erit. Et primum quidem Buesch [cc] prodeat, qui asserit: „Die „Heraustreibung des Mutterkuchens ist in den gewöhnlichen Fällen eben so gut ein Werk der Natur, als die natürliche Geburt es ist; und sie bewirkt sie eben so sicher, als sie „diese vollendet. Schwer wird es aber, und fast unmöglich, den „Hebammen den gefährlichsten Miſsbrauch abzugewöhnen, die „Nachgeburt gleich nach der Entbindung, ohne daſs es die Natur „verlangt, herauszureiſsen. Mit der gröſsten Zuversicht getraue „ich mir zu beweisen, daſs mehr Frauen von der Weg-

cc) Verhaltungsregeln für Schwangere, Gebährende u. s. w. Hamb. 1782. 8.

„nehmung des Mutterkuchens, als von der Wegneh-
„mung des Kindes sterben.“

Jam in scenam producimus Katzenbergerum dd), qui praecipit: „Man überlasse die Lösung des Mutterkuchens gänzlich „der Natur; und es ist nichts zu befürchten, wenn auch dieselbe „erst nach vier, fünf, sechs und mehreren Tagen abgeht. „Denn es sind Beispiele vorhanden, daſs der Mutterkuchen vier-„zehn bis fünf und zwanzig Tage nach der Geburt noch „nicht gelöst und herausgezogen war, und es zog sich dennoch „nach so vielen verstrichenen Tagen die Gebärmutter aufs neue „wieder zusammen; die Frau bekam Wehen, der Muttermund „öffnete sich, und der Mutterkuchen ging ohne die gering-„sten schlimmen Folgen ab.“

§. XXI.

Ab hoc claro viro, cujus verba modo repetivimus, transimus ad Heiniken ee), qui, experientia sua innisus, opinionem a nobis propositam his ad persuadendum aptissimis rationibus est

dd) L. J. Katzenbergers katechetischer Unterricht bei schweren und widernatürlichen Geburten. Frankf. u. Leipz. 1779. 8.

ee) Joh. Heinikens Umriſs der Geburtshülfe. Bremen 1798. 8.

tuitus: „Es ist mehrerer Ursachen wegen ganz unnöthig, daſs die „Hebamme zur Herausholung der Nachgeburt viele Mühe anwen- „det; ganz widersinnig und höchst schädlich ist es aber, wenn sie „an der herabhängenden Nabelschnur ziehet, und dadurch die „Lösung des Mutterkuchens bewirken will. Hierdurch wird „nicht selten der Tod der Gebährenden befördert. „Alle Hülfsmittel, welche man gewöhnlich, um die Lösung der „Nachgeburt zu bewirken, gebraucht, sind unnütz und schädlich; „das einzige, welches von Nutzen ist, und ohne Nachtheil ange- „wendet werden kann, ist das sanfte Reiben des Unter- „leibes."

§. XXII.

Inter auctores, qui viribus naturae in placenta solvenda confidendum esse affirmant, primum locum Weissenborn ff), olim professor Erfordiensis, occupat. Sententia, quam de hacce re dixit et confirmavit, his continetur verbis: „Obgleich die gröſsten „Geburtshelfer meines Jahrhunderts, als: Smellie, Levret,

ff) Untersuchung und Berücksichtigung einiger wichtigen und irrigen Lehr ätze in der Geburtshülfe. die Behandlung der Nachgeburt betr. von Dr. Weissenborn. Im Journal der Erfindungen, Theorien und Widersprüche etc. 22. Stück. Gotha 1797. 8.

„Deleurye, Roederer, Wrisberg, Stein, Saxtorph, „Plenk u. a., den Gang der Natur sorgfältiger und genauer als „jene beobachtet hätten und bei der Trennung der Nachgeburt be- „hutsamer zu Werke gegangen wären, so wären sie doch immer „der festen Meinung gewesen, daſs es gar öfters Fälle gebe, wo „das Leben der Mutter durch künstliche Ablösung und Ausziehung „der Nachgeburt gerettet werden könne.“ — Dagegen erklärt er sich nun ernstlich, und entblödet sich nicht, die Trennung des Mutterkuchens in allen Fällen durchaus zu verwerfen und sie für nachtheilig zu erklären. Er stützt seine Ansicht auf eine vierzehn-jährige Praxis in der Stadt und auf dem Lande, so wie auf sein jährlich funfzig Geburten zählendes Gebärhaus. — Er trennte nie die Nachgeburt, zuweilen blieb sie nach gestilltem Blutflusse zehn, funfzehn, zwanzig Stunden, zuweilen zwei, drei Tage ohne Nach-theil zurück, selten geschah dieses neun Tage und sogar einmal drei Wochen, und die Frau blieb gesund.

§. XXIII.

Ne autem nimis longi simus in recensendis iis, qui artificiali secundarum extractioni haud faverunt, unum adhuc cl. virum, eumque, nostro quidem judicio, medicorum obstetricantium

principem, Wiegandum gg), qui Hamburgi nostram artem maximo parturientium commodo exercuit, in medium adducamus. Ille enim, ubi de rationibus refert, quas in praxi sua est secutus, ita sermocinatur: „Man kann mit der gröſsten Ruhe und „Sicherheit, ohne auch nur den mindesten Schaden „davon zu befürchten, den freiwilligen von der Na„tur allein bewirkten Abgang der Nachgeburt in Fäl„len, wo keine sehr heftige Blutflüsse, Zuckungen, „Ohnmachten u. dgl. Statt finden, nicht nur eine halbe „oder ganze Stunde, sondern sogar sechs und zwölf „und mehrere Stunden lang abwarten.“

§. XXIV.

Huic sententiae etiam accedit Joerg hh), celeberrimus professor ac medicus obstetricius Lipsiensis, qui non solum hunc curandi modum ad secundarum spontaneam expulsionem in scriptis suis commendat, sed etiam cum saluberrimo eventu eo usus est,

gg) Ein Wort an Gattinnen und Mütter über das zu schnelle Wegnehmen der Nachgeburt. Hamburg 1801. 8.

hh) Handbuch der Geburtshülfe für Aerzte und Geburtshelfer. Leipzig 1820. 2 Th. 8. — Dessen Lehrbuch der Hebammenkunst. Leipz. 1814 m. Kpf. 8.

ut repetitis vicibus nos ipsi observavimus. In libro infra citato verba leguntur haec: „Ueber der Behandlung des Neugebornen verfliefst „gewöhnlich eine Viertelstunde und in dieser Zeit wird auch der „Mutterkuchen durch die Nachgeburtswehen getrennt, und daher „kann nun auch die Nachgeburt weggenommen werden. Damit „nicht Stücke von den Eyhäuten abreifsen und zurückbleiben, „mufs die Hebamme dieselbe mit gröfster Behutsamkeit fassen und „ausziehen. Sollte die Nachgeburt bei diesem Verfahren noch „nicht folgen wollen, so wartet die Hebamme einige Minuten län- „ger und macht nach Verlauf derselben ähnliche Versuche. Nie „mufs sich dieselbe aber beikommen lassen, am Na- „belstrange zu ziehen, weil dadurch leicht grofses „Unglück hervorgebracht werden kann.“

§. XXV.

Clarissimo Joergio, quem in scenam produximus, assentire videmus Ill. de Siebold ii), ante breve tempus proh dolor! mortuum, cujus merita in embryulciam tanta sunt, ut fere omnibus aliis, qui scriptis inclaruerunt, medicis obstetricantibus palmam

ii) Lehrbuch der Geburtshülfe zum Unterricht für Hebammen. 3te Aufl. Würzburg 1819. 8.

praeripuerit. Is autem de argumento, quod tractamus, mentem suam ita exposuit: „Hat die Hebamme alles dieses — sermo in an-„tecedentibus nimirum est de subligatione funiculi umbilicalis —„gehörig besorgt, und die Nachgeburt ist nicht schon in der Mut-„terscheide, so warte sie nun ruhig den Zeitpunkt ab, bis sich der „Mutterkuchen losgetrennt hat, und in der Scheide sich befindet, „und hüte sich ja, früher an der Nabelschnur zu ziehen, oder an-„dere gefährliche Mittel anzuwenden; nur bei solchen, die schon „öfters geboren haben, kann sie, wenn sich die Gebärmutter nicht „gehörig zusammenzieht, durch gelindes Reiben vom Nabel nach „den Schambeinen die Zusammenziehungen befördern."

§. XXVI.

Vereremur, ne in reprehensionem incurreremus, si duos auctores, qui itidem de illa partus negotii parte publice sententias dixerunt suas et artem nostram in parturientium emolumentum Wratislaviae excoluerunt, silentio praeterire vellemus. Atque hi quidem sunt celeberrimi Morgenbesser kk) et Mendel, quorum ille haec docet: „Mehrentheils pflegt die Natur allein durch wie-

kk) Lehrbuch für Hebammen von Dr. J. G. Morgenbesser. Breslau und Leipzig 1805. 8.

„derholte Zusammenziehungen der Bärmutter die Nachgeburt fort-„zuschaffen, so daſs die Hebamme die in die Mutterscheide bereits „eingetretene Nachgeburt bloſs wegnehmen darf. Niemals muſs „die Hebamme es wagen, die Nachgeburt, ohne gehörige Anzeige „zu haben, aus der Bärmutter zu holen;" alter [11]) autem admodum distincte de hac re in libro infra citato disputat, dum perhibet: „In „den gewöhnlichsten Fällen erfolgt nach der Geburt des Kindes eine „kleine Ruhe. Bald aber fängt die Gebärmutter an, sich wieder „zusammen zu ziehen, es erfolgen die meistentheils gelinden Nach-„geburtswehen, und man fühlt dann die Gebärmutter durch die „Bauchbedeckungen über den Schooſsbeinen wie eine harte „Kugel, etwa von der Gröſse drei geballter Hände. Mit diesen „Wehen zeigt sich dann mehr oder minder bedeutender Blut-„Abgang, und man fühlt dann äuſserlich, daſs die Kugel kleiner „wird, ein Kennzeichen, daſs nun die Nachgeburt ganz oder „gröſstentheils aus der Gebärmutter in die Mutterscheide getreten „ist. Wird sie jetzt nicht aus der Mutterscheide herausgenommen, „so tritt sie, wenn sich die Wöchnerin ein wenig aufrichtet, bald „von selbst hervor. Die Hebamme hat sich während die-

11) Lehrbuch der Geburtshülfe für Hebammen, von Dr. M. J. Mendel. Liegnitz 1810. 8. — Dasselbe. Zweite Ausgabe, von Dr. M. Küstner. Breslau 1824.

„ser Geburtszeit ganz besonders vor aller Ueberei-
„lung so wie vor aller Vernachläfsigung in Acht zu
„nehmen. So lange kein beträchtlicher Blutabgang
„und kein heftiger Schmerz in der Nachgeburtszeit
„statt findet, kann die Hebamme ohne Schaden das
„Nachgeburtsgeschäft der Natur überlassen, wenn
„dasselbe sich auch verzögert."

§. XXVII.

Jam, cum consilia recensuerimus, quae de solvendis secundinis, non solum apud nos sed etiam apud alias gentes, a medicis obstetriciis iisque sane exercitatissimis maxima cum ingenii acie proposita et argumentis ab experientia frequentissima desumtis probata, atque in scholis tradita sunt, quisque profecto, immo etsi vix artem nostram a limine salutaverit, valde mirabitur, inveniri adhuc nostris diebus foeminas obstetricias, quae, illorum praeceptorum plane immemores, subito post infantis partum in removendis secundinis omnem ponunt operam suam. Quae ergo est causa, cur obstetricantes uterum, in partu naturali foetui propellendo ejiciendoque parem, secundinis vero amovendis haud aptum esse existiment? Et cur viribus huic organo propriis negotium

secundarium, de quo loquimur, quod profecto multo facilius est, quam alterum, nolint committere?

§. XXVIII.

Quamvis foeminae obstetriciae vratislavienses magistris in sua arte versatissimis Morgenbesser, Mendel, Wendt et Andrée usae sint, tamen proh dolor! omnes (paucissimis exceptis) in artis suae exercitio a recta via aberrant et propter perversam secundinarum curam frequentissime in culpa versantur. Nam inde a tredecim annis, e quibus in schola, quae Vratislaviae floret, munere artem obstetriciam publice docendi fungimur eamque etiam intra privatos parietes frequenter tradidimus et exercuimus, praeter alios, de quibus jure meritoque conqueri solent obstetrices, minus acceptos eventus post partum quandoque accidentes, nullum saepius observare nobis contigit eo, qui a rudi violentaque ab obstetrice suscepta extractione secundinarum erat ortus. Ut taceamus omnes vehementes vixque tolerandos cruciatus, quos obstetrices parturientibus jam sub partu ipso creant, qui, ut hae ipsae uno ore fatentur, veros ad partum dolores multo superant; e re nostra tamen est, ea peccata, quae circa secundas removendas ab iisdem plerumque nobis praesentibus committebantur, annotare atque fusius explanare.

§. XXIX.

Quaecunque in genere considerata vel ad partum promovendum vel ad commoditatem parturientis aliquid conferant, ea ab his mulierculis, utpote quae illis plane ignota sunt, turpiter negliguntur. Ac situs quidem, in quo collocant gravidas, plerumque molestissimus et ad parturiendi negotium facilius reddendum adeo ineptus, ut vel maxime naturales partus in multas horas protrahantur. Hoc inprimis valet de sella parturientium, quam secum ducunt; ea quippe minus apte constructa est, cujus pars illa, in quam dorsum reclinamus, nimis ad perpendiculum directa sit, neque ita structa, ut pro diverso parturientis statu, vel acclinari, vel reclinari commode queat. Gravidis in eam collocatis illae ad artificia, quae superstitionem redolent, aut ad finem propositum minus apta neque raro noxia sunt, confugere solent: mox partes genitales tepidis fomentis nimis relaxant, aut collum parturientium fasciis arctissime constringunt eo consilio, ut impediant, quo minus nisu vehementi, quo plerumque excutitur foetus, struma producatur. Porro explorant orificium uteri multo crebrius, quam opus est, eaque exploratione non solum vexant parturientes, sed etiam ansam praebent, ut justo citius aquae rumpant et in partibus genitalibus producatur inflammatio. Aliud praeceptum illudque itidem

reprehendendum, quod obstetrices quandoque parturientibus dant, est hoc, quod ante tempus legitimum contractiones uteri, pressu adhibito sustentari jubent; quo fit, ut parturientes viribus exhaustae dolores ad partum, qui vocantur, tempore justo adjuvare nequeant. Immo saepe cum his perversis tractandi modis, si desideratus effectus eos haud est insecutus, conjungunt usum medicamentorum aut plane inertium aut nimis efficacium, sicque magis nocent, quam prosunt. Ejusmodi sunt pharmaca calidissima aut pellentia, ex vino meraco vel spiritu ardente rectificato cum aromatibus efficacissimis narcoticisve substantiis conjuncto parata; namque tantum abest, ut ea, quae calorem impense augeant, tametsi interdum partum accelerant, bonum effectum edere possint, ut inflammationes genitalium partium immo ipsam gangraenam producant. Caeterum quoque damnandus est mos quarundam obstetricum, os coccygis sub finem partus omni vi reclinare, aut, nisi partus ex voto succedat, digitis inter caput foetus et perinaeum immissis, pelvi adhuc inhaerens caput ex matris sinu quasi extollere et perinaeum supra illud stringere; etenim, utut judicant, partum hac ratione accelerari egregie posse, tamen experientia satis docuit, hos agendi modos huic fini obtinendo haudquaquam accommodatos esse.

§. XXX.

Haec de erroribus, quos obstetrices circa ea inprimis, quae negotium partus, quod ab iis peragendum est, respiciunt, vel ex ignorantia vel ex negligentia frequentissime committunt, dicta sufficiant. Jam transeamus ad ea, quae, partu foetus feliciter finito, obstetricibus curanda incumbunt, in quibus absolvendis itidem eas semper deprehendimus via procedere, quae taxanda potius est, quam laudanda atque imitanda.

Foetu scilicet vix in lucem edito hae mulierculae funiculum umbilicalem, vinculum arctissimum, quo foetus utero materno adnectitur, ligatura subito comprimere atque hoc modo recens natum, qui vix, ac ne vix quidem, hausto in pulmones spiritu, novum sanguinis per vasa pulmonalia circuitum indeque novam vitae rationem incepit, in summum periculum conjicere solent. Funiculum umbilicalem filo constrictum temere discindunt et tunc infantem linteaminibus involutum collocari jubent in loco remotiori, donec puerperam in lectulum transportaverint, neque id agunt, quod infantis nati status requirit; quippe eo haud respiciunt, utrum forte debilitas illius talis sit, quae faciat, ut cum matre per aliquod temporis spatium conjunctus maneat; an vigor deficiens a congestionibus sanguinis versus caput fluidique hujus

in cerebellum pressu proveniat, adeoque a quadam sanguinis parte sectione funiculi debeat liberari infans. Eo enim vix ex sinu materno egresso, sagaces mulieres de removendis secundinis quam maxime sollicitae esse solent, nec suo officio prius se satisfecisse putant, quam cum eas, nisi partu peracto statim subsecutae sint, eduxerint, aut certe omni vi earum exitum promovere sint conatae. In hoc autem opere peragendo non eodem modo peccant. Aliae tussire parturientes jubent, aut concutiunt ipsas, aut volam manus inflare digitumque in collum, ut vomitus oriatur, demittere mandant; aliae suadent, ut parturientes, hoc tempore plerumque laboribus praegressis jam defatigatae viribusque quam maxime privatae, contractiones uteri ad secundas expellendas omni vi premendo sustentent, aut ut adstantes abdomen earum vehementer comprimant et fricent. Omnes autem obstetrices, secundarum celerrime eliminandarum causa, hunc servant modum, ut altera manu eam partem funis umbilicalis, qui placentae adhaeret, attrahant, altera abdomini imposita uterum leniter comprimant, atque ita placentam utero adhaerentem solvi aut repetito tractu solutionem effici optime posse arbitrantur. Placentam deinceps, hoc vel alio naturae non convenienti modo solutam, in vaginam detrahunt, digitis immissis comprimunt, tandemque educunt. Caeterum sunt etiam inter foeminas parturientibus opem ferentes, quae meliora

nescientes mox post partum totam manum vaginae et utero immittunt, ut secundas prehendant, easque protractas postea cum velamentis, ne quid alieni in uteri cavo remaneat, sollicite removeant.

§. XXXI.

Dolendum utique est, tam alte esse infixam non obstetricum solum aut matronarum (quas scimus nullibi magis dominari, quam circa lectum parturientium ac puerperarum) sed et **multorum medicorum** menti eam ideam ut putent, debere ad edendas secundinas vel blandiendo vel severius cohortando parturientem impelli, aut, nisi ex voto prodeant, secundinae statim tali artificioso violentoque, quem supra descripsimus, modo extrahi. Neque minus aegre est ferendum, parturientem, quae hocce tempore plerumque labore praegresso admodum fatigata dolorumque pertaesa in votis habet, ut partus acceleretur atque finiatur, monitis obstetricum et adstantium faciles aures praebere et omnia, quaecumque proponunt aut commendant agenda, perlubenter facere. Dum ergo parturiens ejusmodi inepta consilia sequitur, falsa opinione inducta, et v. c. spiritum maxima vi supprimendo secundas conatur expellere, quasi id, quod dynamicis et mechanicis a natura praestandis viribus deesse videtur, voluntario hoc motu

supplere tentat. Lubenter etiam concedunt parturientes, si contractiones uteri placentae solvendae ac susceptae contentiones secundinis ejiciendis non pares videantur, ut obstetrix, invita quasi natura et haud raro cum summo sanitatis et vitae discrimine, secundinas vel attrahendo funiculum umbilicalem vel manum immittendo extrahat.

Jam vero haec solutio atque extractio placentae rudi crudelique manu obstetricis peracta non potest non malum exitum habere, nisi forte, quod caput rei est, placenta jam marcore valde correpta erat ita, ut facili negotio et sponte sejungi potuisset. Nullum detrimentum extemplo per ejusmodi ineptam agendi rationem, nisi dolores a foemina obstetricia sine justa causa excitati, affertur parturienti et ipsos dolores, quicunque sint, eo fert facilius, quo celerius operatio illa exoptata suscepta est. Neque puerperae neque adstantibus de illius salute sollicitis in mentem veniet, ob dolores perpessos obstetrici opprobrio vertere illum modum agendi, quo in tali casu usa est, quam potius ob dexteritatem, quam adhibuit, laudandam esse fatebuntur. Etiam tum, cum paulo post puerpera haemorrhagia patitur, aut dolores post partum vehementissimos sentit, aut prolapsus uteri vel vaginae, spasmi, lochia malae indolis, inflammationes et quae sunt hujus generis alia incommoda exoriuntur, eorum causam non a placentae solutione ab obste-

trice praeter necessitatem instituta repetendam esse multi opinantur.

Tantum vero abest, ut tentamina, quae descripsimus, placentam solvendi extrahendique semper rite procedant, ut placentae tali modo attractae portio aliqua ab utero separetur, alia firmius adhaerens remaneat, occasionem haemorrhagiae oriundae det, qua vita foeminae mox in summum discrimen conjiciatur necesse est. Immo saepe etiam accidit, ut, si qua obstetrix nimis festinanter placentam solvit, uterus in statu contractionis positus impediatur, quo minus volumen ejus se rite imminuere, vasaque ejus hiantia arctiora fieri queant; ex qua causa quandoque spasmus exoritur, quo secundaruш exclusio per incarcerationem sic dictam retardatur. Praeter haec, de quibus retulimus, incommoda, alia, eaque admodum gravia symptomata sunt, quibus ansam suppeditat ejusmodi a norma recedentis uteri status; nolimus tamen in iis recensendis prolixi esse, quum, quae attulimus, sufficere nobis videantur ad probanda ea, quae supra exposuimus. Jam, quod ad periculum attinet, in quo saepe versantur parturientes, si eo, quo diximus, modo tractatae fuerint, nostrae obstetricantes mulierculae, ut famam incolumen tueantur, consilium, quod ceperunt, ita defendunt, ut placentam cum utero concretam esse clara voce affirment, atque ita et parturienti et matronis adstantibus

terrorem inferant. Quae concretio ab iis temere praejudicata ut expediatur, aliae medicum obstetricium advocari jubent illique opus peragendum committunt, aliae vero, sua dexteritate fretae, manum totam in uterum immittunt et placentam ab eo separare et extrahere conantur. At vero artificialis ejusmodi solutio et extractio raro salva uteri integritate ab his mulierculis peraguntur; vi enim, repugnante natura, suscipiuntur, eaeque sibi ab irritatione vel dilaceratione uteri cavere vix ac ne vix quidem poterint; licet credant, periculum, quod timent, praevertere se posse, id tamen profecto non repellent, sed potius inducent. Vasis enim tenuibus uteri, quae cum placenta conjuncta eique inserta sunt, ruptis, dolores acerbissimi, spasmi, haemorrhagiae, inflammationes nascuntur. Et utut inflammatio postea dissipatur, tamen alii eam saepenumero excipiunt morbi, inter quos insignis uteri debilitas, circulationis sanguinis perturbatio, mensium vitia, fluor albus cet. referendi sunt. Neque rarum est, foeminas, si denuo conceperint, foetum immaturum parere, cujus eventus causa in hoc est posita, quod multa vasa internae uteri superficiei valde debilitata sunt, ita ut placentae sufficientem succi nutritii copiam offerre nequeant. Quodsi autem inflammatio non resoluta fuit, suppuratio locum habebit, eaque dispositionem ad uteri atoniam, hydropem partialem et sterilitatem, ad polyporum item et ulcerum genesin, quae

febrem hecticam inducere valent, immo ad gangraenam, sphacelum et cancrum relinquet. Caeterum obveniunt quoque exempla, ubi puerperae sub solutionis negotio, post felicissimum infantis partum, a rudiori obstetricis manu suscepto vel ob metrorrhagiam subortam vel ob uteri simul cum placenta firmiter ei adhaerente inversionem, vel ob laesiones ipsius vaginaeque mortuae sunt.

§. XXXII.

Haec sors foeminarum parturientium valde deploranda, de qua retulimus, animum nostrum, eam mitigandi flagrantissimum, adeo impulit, ut prae caeteris medicae artis disciplinis operam et studium morbis ac molestiis foeminarum cognoscendis curandisque navaremus. Non mirum igitur est, quod jam inde ab illo tempore, quo artem obstetriciam exercendi initium fecimus, solutio placentae tanti momenti esse nobis est visa, quae omnem attentionem mereatur. Nos quidem non fugit, plures eosque doctissimos et experientissimos obstetriciae artis magistros illud miratu sane dignum naturae opus maxima cum ingenii acie perpendisse, de eo verba multa, eaque gravia fecisse, et auxilia, quae post infantis partum naturalem obstetricis manu ferenda atque praestanda sunt, quam distinctissime nobis in scriptis cognita fecisse, nihilo-

minus tamen fateri convenit, omnia praecepta, quae violentae artificialis placentae solutionis evitandae causa dederunt, ad finem obtinendum non sufficere, quorum nonnulla magis ad hoc ultimum partus negotium difficilius reddendum, quam adjuvandum illud apta esse nobis videantur.

Actus parturiendi est, uti experientia quotidiana docet, processus perfecte naturalis, et omnibus animalibus, homine solo excepto, ope naturae ipsius obsolvitur. Animantibus natos edentibus quippe nec obstetrix adstat nec obstetricans, qui auxilium ferat et nihilo secius res bene succedit, nullisque ea, cum parturiunt, vexantur damnis aut periculis; namque in libertate, dum vivunt, corpora eorum rarissime fabricam habent a norma recedentem vel plus minusve monstrosam. At vero cum hominibus, qui tot tamque variis obnoxii sunt injuriis ac periculis, quae vel a perversa vivendi ratione, cui dediti sunt, vel a moribus pravis, quibus indulgent, vel ab artificio, quod tractant, vel a loco, quem occupant in civitate, vel denique ab vitae necessitatibus victusque penuria proficiscuntur, longe aliter res se habet. Hi enim solis naturae viribus confidere nequeunt, sed omnia potius subsidia, quibus injurias vel sibi ipsis illatas vel aliunde acceptas, aut depellant, aut minus efficaces reddant, aut, quod melius est, earum causas e medio tollant, sedulo conquirere coguntur. Quapropter

regiones atque urbes illae sunt infelicissimae, in quibus obstetrices et parturientibus opem ferentes medici vel plane deficiunt, vel embryulciam exercendi munus gravissimum et naturae humanae saluberrimum vetulis omni scientia necessaria destitutis et superstitiosis mandatum est. Neque minus infelices censendas illas regiones putamus, ubi obstetricantes nimium utuntur artificiis, quae, a celebribus artis nostrae scriptoribus commendata laudataque, partus negotium levare aut accelerare videntur, ea ultro naturae conamina ad illud perficiendum necessaria impediunt, aut inchoatum ab eadem opus retardant. Quemadmodum vero artificia, quae adhiberi quandoque solent, in omni partus periodo, ut supra fusius explanavimus, inutilia immo adeo noxia sunt, quibus quam celerrime valetudo ac vita ipsa in discrimen conjiciatur, sic quoque in ultimo stadio, in quo secundinae expelluntur, obsunt magis, quam prosunt. Hinc jam ante longum tempus, infante in lucem edito, nos via ab ea, quam incedendum adhuc recentiores medici obstetricii omnes praecipiunt, recedente progressi sumus, atque per tredecim annos, e quibus munere publico artem obstetriciam docendi fungimur, et in schola ipsa et in praxi privata omnes fere regulas, quas in placenta solvenda extrahendaque servandas esse celebres satis obstetriciae artis doctores nobis cognitas fecerunt, plane neglesimus, et hanc nobis

scripsimus normam, naturae hoc negotium esse relinquendum, cui peragendo illam sufficere experientia nos docuit. Et ingenue fatemur, nos hanc servantes regulam cum felicissimo eventu semper ad finem, ad quem tendebamus, pervenisse. Jam hanc tractandi methodum cum lectoribus communicabimus.

§. XXXIII.

Simulac viribus naturae foetus ex utero vaginaque propulsus est, cum linteamentis involutum, ne refrigerium patiatur, inter crura matris ita collocandum curamus, ut abdomen ejusdem versus sinum maternum directum sit, nec funiculis umbilicalis comprimi queat. Probe igitur attendendum est in hoc peragendo negotio obstetricanti eo, ut certior fiat, quaenam pars funiculi umbilicalis aut circa collum, aut circa brachia contorti haud adeo tensa sit atque facilius laxari patiatur; ne forsan protractione hujus tensae, quae placentae adhaeret, hanc praeter opinionem solvat. In hocce situ natus, novam vitae rationem iniens, vitalemque auram ducens, tam diu retinetur, donec novis exortis uteri contractionibus secundinae, absque ulla vi illata, expulsae aut saltem in vaginam protrusae sint. Qui eventus plerumque paulo post, interdum horis nonnullis et quandoque, id quod tamen

raro accidit, quibusdam diebus praeterlapsis locum habere solet. Nunc demum ad funiculum umbilicalem subligandum ac dissecandum nos accingere debemus; quodsi autem forte pulsus in eo adhuc percipitur, non statim separandus foetus est a sua placenta, sed hic labor tamdiu differendus, usque dum omnis arteriarum pulsus cessaverit; quo facto funis umbilicalis ligatura apta constrictus loco consueto forfice persecatur atque infans neonatus, cui hoc modo largum tempus ad pulmones aëre hausto replendos datum fuit, ut novus ille sanguinis per hoc viscus circuitus, qui ad vitam adultioris hominis sustentandam necessario requiritur, rite procedere possit. Caeterum a sordibus balneo calido puer liberatur ac deinde in lectulum transportatur.

§. XXXIV.

Hoc modo nos felicissimo cum successu et valetudini integrae, et vitae parturientium et neonatorum per longum annorum seriem nos prospexisse gloriamur. Possemus facile veritatem hujus effati multis comprobare exemplis, quae tamen hic ennarrare nolumus, ne nostra dissertatiuncula in libri molem crescat. Sufficit hic monuisse, omnes, qui circa hanc methodum agendi notatu digni nobis occurrerunt, casus ex longa consuetudine eo, quo

observati sunt, ordine in chartas conjecisse, ut, si nostris verbis quis forsitan fidem deneget, eos alio tempore cum lectoribus communicare atque publico examini subjicere possimus. Hoc tantum generatim commemoramus, nos ab eo inde tempore, quo in schola obstetricia vratislaviensi (jam per decem et quod excurrit annos) coram auditoribus nostris regulas subligandi foetus funiculi, quas attulimus, sedulo observasse, neque unquam casum obvenisse, qui nos coëgisset, ut ab iis recederemus. Profecto nunquam opus fuit, ut arte placentam solveremus; quippe ea in omnibus illis partubus, quibus adstitimus, quorum numerus jam millesimum octingentesimum superat, ocyus seriusve sine ullo parturientium incommodo sponte soluta et ab utero solo exclusa est, hujusque asserti veritatem discipuli et discipulae, quae intra hoc tempus scholae clinicae adscriptae fuerunt, lubenter testabuntur.

Funiculum umbilicalem non prius, quam placenta perfecte soluta est, jure meritoque subligandum esse, frequentes quoque inter privatos parietes factae observationes nos docuerunt. Foeminae enim obstetriciae deligationem et separationem hujus funis non differe solent, usque omnes dum arteriarum omphalicarum pulsationes cessaverint atque, ut nos commendamus, placenta ex utero fuerit egressa, sed (ut satis superque a nobis demonstratum

est) absque ulla mora eam instituunt. Quam ob causam intra decem annorum spatium ducentis et decem casibus incidimus, quod foeminarum vita, vel ob magnam sanguinis profusionem, vel ob placentae retentionem aut imperfectam solutionem, vel ob ejus dilacerationem ab obstetrice factam, vel ob uterum simul cum placenta ei adhaerente inversum, vel ob alias causas plus minusve in discrimine versabatur. In talibus quippe casibus iisque saepenumero valde desperatis, ut periculo majori occurratur et vita servetur, necessitate coacti ad solutionem placentae artificialem mm)

mm) Quas circa placentae arte solvendae prognosin facere nobis contigit observationes, eas, quamvis non multum pretii iis tribuere velimus, tamen hic loci paucis commemorandas putamus, quod ea, quae alii, iique in nostra arte versatissimi viri contendunt, itidem iis probantur. Intra tredecim annos solutionem artificialem extractionemque secundarum quadringenties undetricies vel ipsi, necessitate coacti, instituimus, vel ab aliis eam suscipi vidimus. Et harum mulierum trecentum et sexaginta non solum a vitae periculo operatione illa liberatae sunt, sed etiam valetudinem pristinam etiamsi post longum demum intervallum feliciter recuperarunt. Caeterae omnes (horribile dictu) undeseptuaginta, quae non servatae sunt, vel sub operatione ipsa, vel paulo post eam, omnibus viribus exhaustae, vel nonnullis diebus aut hebdomadibus praeterlapsis morbis, qui operationem sequebantur, sunt mortuae. Quod ad illas ducentas et sedecim foeminas attinet, ad quas, auxilii ferendi causa, tantummodo post partum foetus vocati sumus, quorumque multas jam in articulo mortis ob profluvium sanguinis perpessum invenimus: triginta obierunt. In his omnibus autem causa mortis nequaquam operationi ipsi adscribenda, sed potius ab inepta curatione in deligatione funiculi et a praematura placentae solutione erat repetenda.

confugimus, utpote in quibus hoc violentum auxilium, nostro quidem judicio, in maximum illarum parturientium commodum illae obstetrices, quae iis auxilium ferebant, evitare potuissent, si in partu administrando ligatura circa finem umbilicalem justo tempore ab iis adplicata fuisset.

Haec, quae a nobis dicta sunt, fortassis lectoribus quibusdam displicebunt sic, ut nos nimiae accusent audaciae; at enim nostra sententia firmis nititur rationibus, neque secus, quam factum est, de hac re potest judicari. Ut tamen nostram mentem jam experientiis suffultam magis confirmemus, nobis hic liceat provocare ad illos medicos eosque celeberrimos ac experientissimos, qui nos in praxi privata vel consuluerant, vel ad foeminas, quarum partus plus minusve laboriosus et difficilis erat, auxilium ferendi causa vocaverant. Hi clari viri (quorum numerus in hacce urbe, Deo habenda est gratia, sane non est exiguus) sunt testes, nos in nullo casu, ubi nimirum partus ab initio usque ad finem dirigendus atque absolvendus nobis solis commissus fuerat, solutionem placentae artificialem instituisse, neque hanc operationem necessariam fuisse, quod ratione ea, quam laudavimus, funiculi umbilicalis habita, spontanea secundinarum ab utero secessio et expulsio non frustra exspectabantur.

§. XXXV.

Sicut theoriae praxeosque inseparabilis debet esse nexus; ita nobis quoque gravissima solvenda est quaestio, cur secundinae semper, beneficio solius naturae, maximo et parturientis et infantis commodo penitus solvantur ac sponte excludantur, si in subligando funiculo umbilicali methodus agendi a nobis descripta eaque sane digna, quam omnes medici imitentur, recte est adhibita. Cum vero nos in artis obstetriciae exercitio nondum eo pervenerimus, ut ad hanc quaestionem responsum omnibus numeris absolutum dare audeamus, in hoc acquiescendum esse putavimus, ut hac occasione oblata nostram opinionem de hac re solummodo obiter in publicum ederemus, quam alio forsan tempore, si qualescunque studiorum nostrorum primitiae aequis hujus materiae arbitris non omnino displicuerint, et in posterum etiam largior partus normales observandi dirigendique opportunitas nobis obvenerit, expositiuri fusius et in lucem edituri sumus.

Jam autem placenta, si foetus exclusus est, pro corpore inutile, peregrino aut matrici noxio haberi non debet. Graviditate enim ad finem appropinquante cohaesio — quae inter matrem et foetum obtinet, quaque fit, ut humores a placenta uterina excreti a foetali ejus portione excipiantur et ad foetum nutriendum

adhibeantur — eo gradu imminuitur, quo foetus maturescit. Hac ratione autem nexus, illam cohaesionem intercedens, ovi velamenta inter et uterum minuitur, et sub finem graviditatis, ubi nutritionis negotium plane desinit neque ille nexus amplius requiritur, evanescit. Velamenta nunc marcescunt et apparatus ad nutritionis opus absolvendum accommodatus munere suo fungi desinit. Longe alia est ea conjunctio, quae inter matrem et foetum locum habet, quaeque placentae inprimis debetur; etenim in tali nexu, ut versus finem graviditatis sit foetus, necesse est. Hinc ille non tollitur, sed viget usque ad partum, immo sub partu ipso et post eundem, donec respiratio et novus sanguinis motus in corpore infantis evenerint. Quippe haud subito, neque uno eodemque temporis momento, quo infans natus est, hae functiones secundum normam procedunt; minus perfectus est primus respirationis processus, qui saepe uno tantum pulmone peragitur. Atque sic quoque sanguinis novus motus sensim incipit. Saepe quidem circulatio hujus fluidi per pulmones intra breve tempus evenire solet, attamen non ita, ut mox post partum placentae negotium desinere possit. Ictus arteriarum, partu foetus absoluto, in funiculo umbilicali vigens longius breviusve pergit, paulatim imminuitur et tandem penitus desinit eaque ratione, qua infans respirare coepit, qui processus deinde magis normalis et perfectior faciliorque

fit usque dum nova vitae infantis ratio ad perfectionem venerit suam. Et, cum hoc factum est, ictus ille plane cessat. Quidam infantes, quorum numerus tamen non adeo magnus est, statim post exclusionem e matre spiritum ducunt, alii pericula inspirandi faciunt, multi vero novo vivendi modo paulatim assuescunt. Inter parturiendi actum et primis post partum momentis infans vitam foetus vivit. Primo inspirandi periculo vita illius quasi duplex est; haec enim in nexu cum matre et aëre simul consistit et infans tunc demum ad mundum pertinet, cum eo pervenit, ut nullum ipsi cum matre amplius commercium sit. Dum functiones illae, quarum meminimus, non perfectissime vigent, nexus hic infanti multum commodi affert. Non negamus quidem, interdum breve statum illum adesse, at vero non minus necessarium est, ut idem nexus diutius duret iis in casibus, in quibus vita infantis paulo serius ad justam perfectionem venit. Ex his apparet, partes secundas non statim, cum infans ab utero propulsus est ut inutilia, aut a momento partus infantis absoluti ut peregrina corpora esse habendas; quod nexus cum matre iisdem constitutus infanti utique necessarius non statim cessat; qui, si celerius, quam fieri deberet, abrumpitur vel compressione vel subligatione aut dissectione funiculi umbilicalis, vel solutione placentae nimis festinanter facta, infanti damnum infert, idque eo gravius, quo levior debiliorque et

nova vita et prima respiratio est. Quam diu igitur partes secundinae infanti necessariae esse non desierint, tam diu ad ejusdem oeconomiam pertinent, partusque tum demum, ut e supra dictis patet, plane absolutus judicabitur, cum infans simul cum partibus ei adhaerentibus convenienti modo a matre separatus fuerit. Caeterum spatium etiam a momento, ubi infans e matrice exiit, usque ad nexus illius solutionem prorsus peractam vel usque ad solutionem et placentae exclusionem partui adnumerandum est; hinc patet, subligatione funiculi umbilicalis partus negotium non turbandum esse. Quippe tunc demum, quando placenta ab utero soluta est atque funis umbilicalis pulsare sponte desiit, partus, et matris et infantis respectu perfectus est censendus.

§. XXXVI.

Restat, ut breviter recenseamus commoda eaque sane non exigua, quae ex hac, quam descripsimus, agendi ratione in parturientem et infantem, immo etiam in medicum obstetricium redundant. Inter ea, quae repetita nobis experientia reddidit cognita, numeranda sunt haec:

a) Dolores uteri secundas expellentes naturae magis convenienter locum habent.

b) Haemorrhagia uteri puerperae vires frangens et vitalis fluidi copiam imminuens multo minus, ne dicamus plane non, est metuenda.

c) Solutio placentae imperfecta haud unquam evenit.

d) Inversioni et prolapsus uteri obex ponitur.

e) Lochiorum fluxus a norma raro aberrat.

f) Dolores post partum, quibus interdum vehementer excruciantur puerperae, cito evanescunt.

g) Puerpera a polypis aliisque excrescentiis in utero quandoque subnascentibus tuta est.

h) Recens natus eo tutius novam vitae rationem incipere valet.

i) Parturientes ac matronae adstantes, quae, partu foetus vix ac ne vix quidem peracto, mox de removendis secundinis sollicitae esse solent, placentae retentionem, quamdiu foetus per funiculum umbilicalem utero materno annexus est, nullo modo periculosam habendam esse lubenter concedunt.

k) Medicus obstetricius seu obstetrix naturae in secundinis expediendis subvenire non debet.

§. XXXVII.

Atque his hactenus expositis et allatis satis luculenter demonstratum esse nobis videmur, illam hac in re a peritissimis artis docto-

ribus latam legem: „non esse instituendam solutionem foetus a sua „placenta antea, quam neonatus vere respiraverit, aut arteriarum „umbilicalium pulsatio cessaverit“ haudquaquam esse servandam. Quanquam autem funiculi umbilicalis deligationem ipsam nullo modo rejiciendam esse existimamus, minime tamen negare possumus eam nimis festinanter factam nocere ideoque longiorem in re perficienda moram obstetricibus aeque ac medicis esse suadendam. Quae cum ita se habeant, nulli dubitamus, quin justum temporis momentum quo debeat funiculi umbilicalis subligatio et solutio apte fieri, illud sit, quo secundinae jam e utero et vagina sponte egressae fuerint.

THESES.

I.

Pollutiones nocturnas ad excretiones praeternaturales referendas esse credo.

II.

Valde errant, qui contendunt fluxum menstruum nil, nisi secretionem esse morbosam.

III.

Foetus jam in utero lue venerea affectus esse potest.

IV.

Ad morbos cito sanandos non potes carere emeticis.

V.

Paracentesis thoracis in hydrope pectoris minime negliganda est.

VI.

In fracturis extremitatum maxime complicatis amputatio praeferenda est.

VII.

Hymen laesus non certum semper deperditae virginitatis signum, et hymen integer non semper virginitatem haud vitiatam designat.

VIII.

Ad aquas in partu rumpendas omnia instrumenta sunt rejicienda.

IX.

Utrum liceat salva conscientia foetum enecare, ut mater servetur, haeremus.

X.

Sepulchra e templis removenda.

